N. 116

206

209

Reverende et Clarissime Vir, D. Patrue Venerande.

Annotationes in Iacobi Epistolas et aliqua Petri nidius tertius à tabellario mihi probè reddita sunt, unà cum amico epistolio, et inserta schedula. Ferebant nostræ fasciculum ad D. Patrem, qui magnâ lætitiâ effusus statim ad Museum meum descendit, sibiq; magnopere de literis clarissimi fratris gratulatur: mox præsente me cultrum stringit ac ligamentis resectis ad lectionem epistolæ se parat. Interstillo, utq; inscriptionem me prius legere sinat, rogo: et cum, inquam, hæc omnia ad me, quippe precibus meis à D. Patruo impetrari, ut dictata ad totum N. Testamentum transmittat. Vix credat tua Rev.a quantopere doluerit. Ego verò tantò magis lætatus sum, quòd, cùm vix per otium licuerit litteras exarare, tu. me voti mei compotem facere voluerit. In iis quæ nuper descripsi nihil amplius desidero postquam erecta correcta habeo. Sed quidni omnia Petri simul mittent? Fortè nondum descripta à studiosis qui ea experiuntur. Non sperem tamen hùc fore hiatum. Interim ego ad hæc folia describenda me accingo, rogans obnixè, ut, si dum illa penes me asservant occasio aliqua obtingat plura transmittendi, eâ ne effugere patiatur. Perinde a. è quo ordine ad fiat. sive n. prius ipsa lypsiæ, sive ea, quæ nunc in Rev. Ubbenii manibus sunt, excipiam, nihil refert. D. Lotii filio bene vertat, precor, susceptum munus. Me nondum pœnitet facti. Rationes a. nullæ aliæ mihi hoc iter dissuaserant, nisi illæ tres, quas tua Rev.a examinandas iam proposui, quæquòd D. Plassisius aut alii etiam suspicent, minimum ordinatio, 3. ami, et rumor de hominis sæterrelito ingenio. Cætera me quod attinet, ego interim plus quàm 500 candidatos is sum qui minimùm et audet et potè. Filio Lotii n. cùm jus Patronatûs vigeat, et plerumq; apud plures simul, quandoq; etiam apud Pontificiam Nobilitatem sit, nullâ è quâ possit hoc nomine me ea infelicior et ab omni spe promotionis remotior. Cùm n. ipse peregrinus sim et nobilibus ignotescam, ramo insuper è qui me iis commendet præter unicum nostrum Plassium, cui hanc ob causam immortales debeo gratias. Ipse pariari satis ò possum, quàm seriò meam causâ quandoq; agat. Utut a. me multum apud melioris notæ Nobiles valeat, et magni ipsius emendationes fiant, sunt tn. in tanto numero (vix n. Patronatus quis inveniet quem non 25 expetant) utplurimum unus aut alter qui vel perdendæ Eulaliæ (quæ Pontificiorum intentio è) sufficiat; vel ad ducendam aliquâ amillâ, si nobili matrona fideliter ministravit, pauperiorem aliquâ cognatâ (quale quid cæteri sæpe attendunt) prolixis sit, et propter hæc et talia honestioribus præferatur. Uni Deo confido, cui facile è Magnatum corda quo vult flectere. Si offerantur, quod rarissimè fit, publicè me exercco, et singulare plebis favorem, tui gratiâ, sentio. Illum ex animo precor ut ne me deserat. Aliqui sunt, qui cum vitam non possint, habitum et vestitum meum carpunt, illos ut naturâ serviles et sordidos, nesciosq; quâ in re humilitas et simplicitas Christianorum consistat, flocci facio, illisq; qui honestatem horum cum pietate conjungunt, placere satago.

Hucusque impræsentiarum, Rev. et Clariss. D. Patrue Vale, et Salve cum dilectissimis, Amita patrueliisq; tum à nostris omnibus ac singulis, tum nominatim à

Tuæ Rev.æ et Clar.is studiosissimo

Herbipolæ pridie Cal. novembris anni, nempe 1638, Hermanno Coccejo.

vobis omnibus felicem precor.

Angeles Elis. et Cath. Cæcilia resalutem mihi debent; nisi ò brevi [illegible] cùm ad nos proximo Vere venerint.

Reverendo Clarissimo Doctissimo
Viro, Dno. Johanni Cocceio,
S.S. Theol. Doctori, et in
Alma Lugd. Batava Profes.
sori Ordinario, D. Patrono meo
aeternùm Venerando.

Lsr
Reverendo
en Reverendo
en Reverendo

Vidam.